



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Benedicto XII. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

Sermonum de Tempore, & de Sanctis lib. 2.

Rosæ distinctiones.

De Paupertate & usu paupere rerum.

Logicam quam in Bibliotheca Vaticana vidi.

Et alia quædam. Claruit anno 1316.

A BENEDICTO XII. CREATI.

BERTRANDVS DE DEVCIO Oppido Blandiaco Vticensis diœces. Gallus Cardinalis, scripsit

Vitam & Passionem Christi carmine Saphico.

Obiit Auenione, ibidemque in Ecclesia S. Desiderij iacet cum hoc Epitaphio.

Hic iacet bonæ memoriæ Bertrandus de Deucio, Gallus Castri de Blandiaco, Vticensis Diœcesis, legum doctor egregius qui fuit Ebredunensis Archiepiscopus, & deinde tituli S. Marci presbyter Cardinalis, & demùm Episcopus Sabinensis, & S. R. E. Vicecancellarius, vir magnarum virtutum & scientiæ, qui de suis bonis hanc sacram Ecclesiam dotauit, & fieri ordinauit. Obiit autem Auenioni 21. Octobris ibidem Curia Romana residente, à Virginis partu 1355. Domini Innocentij Papæ sexti anno tertio sui Pontificatus, cuius anima in pace requiescat.

PETRVS ROGERII Lemouicensis, ex Archiepiscopo Rhotomagensi Cardinalis, demùmque Clemès Papa 6. tam potentis & inuictæ memoriæ fuit, vt semel lecta obliuisci, etiam si cuperet, non posset, adeoque studiis vix vlllo diuerticulo intercalatis, vsque ad exitam ætatem impensiore curâ animum continenter applicuit, vt non abs re literatissimus Pontifex à Petrarcha dicatur. Petrum itidem Rogerij fratris filium (qui postea Gregorius Papa xi.) annum ætatis 18. agentem Cardina-

lūm allegit Collegio, Perusiumque protinūs, vt Baldum audiret, abmisit, quo ex cultore eos processus fecit, vt idē ipse Baldus in sancendis dubiis, eius autoritate, sententiā, & scriptis, commodē in ipsa professoria cathedra vt plurimum vteretur scripsit

De Canonisatione S. Yvonis.

De approbatione Caroli Regis lib.

Sermonum libros.

Collationes multas.

Epistolas ad diuersos.

Eiusque Regesti volumi. plura in Vatic. Biblioth. seruantur. Obiit anno 1352. Iacetque in Cathedrali Auenionensi.

*BENEDICTI XII. TEMPORIBVS
CLARI.*

GVILLELMVS DE CREMONA ord. S. Augustini Episcopus Nouariensis, qui perperam (quantum intelligo) à Sixto Senensi inter Cardinales recensetur, monumentis prodidit

De autoritate Apostolica.

Expositiones in Euangelia.

In libros Sententiarum.

Orationes & Sermones. Claruit anno 1340.

VDO vel HVGO DE VITONIO, ord. Prædicatorum Cardinalis (vt obtinet fama & Bibliothecæ Prædicatorum author asseuerat;) scripsit

In Psalmum Miserere mei Deus. Claruit anno 1334.